

De eloquentia ad civilem doctrinam utilitatem

Hd
218

BONUM OMEN
NOVI CONSULIS,
b. c.
REQVISITA
FELICITATIS
POLITICÆ,
ad d. 24. Aug. M DC LXXXIII.
IN GYMNASIO ZITTAVIENSI
SOLENNITER EXPOSITA,
DIVERSARUMQ; PATRIARUM EXEMPLIS COMMENDATA;
PUBLICÉ INTIMAT
CHRISTIANUS WEISE, RECT.

Laudabunt autem

NICOLAUS HETLING, REVAL. LIVON.
APPARATUM BELLICUM.

BARTHOLOMÆUS Strahlborn, REVAL.
TERRÆ FOECUNDITATEM.

HERMANNUS DUNTE, REVAL.
MERCATURAM ET NAVIGIA.

JOH. MARTINUS Lochmann, LIPSIENSIS.
ERUDITIONEM.

BALTHASAR Möller, WITEBERGENSIS.
RELIGIONEM.

JOH. MARTINUS Schwabe, ANNEBERGENSIS.
REM METALLICAM.

ERNESTUS FRIDERICUS Sultmann, ROSTOCH.
SERTUM VELUT ROSACEUM.

E SUPRA DICTIS LEGUM BENEFICIO
COMPLICATUM.

His porro accident

Elegiacis Versibus observantiam testaturi

PROLOGUS JOH. PHILIPPUS Meuer, Zite.
EPILOGUS JOH. ELIAS Weise, Weissenfels.

ZITTAVIÆ,
Typis Michaelis Hartmanni.



AD GYMNASII PATRONOS
EPGRAMMA.

Dum diversa suos commendat Patria Natos,
Qvos juvat in nostro fructificare solo;
Felices equidem licet exclamare labores,
Quo magis à vario teste probatur opus.
Scire tamen vultis, maneant quæ comoda Zittam,
Si redeat studiis turba polita domum?
Undiq; vos recolent, decernent undiq; grates,
Atq; preces pietas haud peregrina dabit.
Et quia fraternum Schola gestit jungere nexum,
Invenient fratres pignora vestra novos.
Zittani crescunt, bene sic cupiente Magistro:
At simul augmento nulla propago caret.
Omne bonum cupido lese communicat Orbi:
Sint bona vestra, tamen publica ut esse queant.



N legem velut abiit consuetudo , multis ab-
hinc annis recepta , ut qvoties in Curiâ No-
bilissimus Magistratus Novum Consulem ,
novumq; inter Patres conscriptos Ordinem
indeptus est , Gymnasium velut Posteritatis & impri-
mis Curiæ plantarium , suo plausu felicitatis omen , ac
obseqvii tesseram soleat offerre . Tantoq; firmius in-
hæfisse videntur huic consuetudini tum Docentes
tum Discentes , qvod nunquam defuerint Auditores
& Hospites ad excitandam vel comprobandam hanc
industriam paratissimi . Cum igitur præsens etiam
annus hanc vovendi & declamandi materiam nobis
reddidisset , animoq; simul obversaretur publica hæc
calamitas , qvæ non Austria modò vicinasq; Vien-
næ Provincias , sed universum corpus , cuius Austria
membrum est , insigni terrore complevit : facile po-
teramus inclinare in id argumentum , ut præcipua FE-
LICITATIS POLITICÆ Requisita , disputationi-
bus in variam opinionem abeuntibus , illustrarentur .
Sive enim hæc meditatio præteritorum annorum feli-
cem memoriam refricare videtur , qvid ad preces pro
futura prosperitate fundendas commodius ? Sive e-
tiam sic manuduci debent Oratoriæ Studiosi , ut , dum
verbis & formulis inhiant , Rerum simul præstantissi-
marum curioso studio sensim abripiantur , qvid pe-
titâ hâc è Politicis qvæstione solidius ? Certè Praetori-
cam Disciplinam nemo attinget feliciter , qui Finem
prius non cognoverit : ac cum ipse Finis è multis con-
sistat partibus , de singularum prærogativâ sedulò di-
spiciendum est , ne , dum boni minoris curâ tenemur ,
majus aliquod interim negligamus , vel cum publica
necessitas alterius jacturam urget , inter duo bona , id
re-

retineamus, qvod minus est. Dici verò non potest,
qvantam ubiq; laudem habeat Eloqventia Civilem do-
ctrinam illustratura. Qvippe nemo sibi discit, sed Reip.
ac nullus in ordine disentium reperitur, qui, si vel ma-
xime obscurum, aliquem tamen in Civitate locum sibi
non promittat: ut proinde felicissimam hic Eruditio-
nem invenisse videatur, qui ad Praxin respicere, Vi-
tæq; civilis naturam perlustrare didicerit prius, qvam
ætas & officium hujus sedulitatis specimina reqvirat.
Et in eò qvidem seqvor Rheticam Aristotelis,
qvicq; alii judicent, qvibus ab omni antiquorum
Oratoria videor qvam alienissimus. Nam ut hoc lo-
co probare liceat, neminem minus sectari vel Aristotelem
vel Ciceronem, vel omnes Rheticæ artis
Scriptores, qvam qui eorundem Nomina qvam maxi-
mè jactitant, scriptis qvoq; ad unguem ediscendis
incumbunt; ante omnia firmissimum hoc principium
mihi concedendum postulo, id proposuisse Veteres,
qvod Orationibus in Civitate tum necessariis suffice-
ret: ut siqvando Praeceptorem desereret Discipulus, is
pro Regularum amplitudine nihil esset reperturus,
cui aptare non posset universalem hanc facundiæ nor-
mam. Inde cum Aristoteles in sua Græciâ, ad statum
Democraticum accommodata, necessariam intellige-
ret eloquentiam, tum in publicis Consultationibus,
ubi ad unum consensum redigi debebat multiceps bel-
lua, vulgus; tum in publicis Judiciis, ubi vel ad pœnam
quis erat condemnandus, vel ab eadem absolvendus,
idq; suffragio populi, variis Oratorum blanditiis de-
mulcendi: non solum docebat, qvibus sermonum ar-
tificiis utraq; facundia posset commendari, sed etiam id
singulari studio exeqvebatur, qvibus argumentis &
fundamenta Utilitatis in consultando, & principia Ju-
stitiæ in judicando possent observari. Ut non imme-
rito magnus hic Scriptor in Rheticis videatur ^{πολιτ.}
^{κώνσερ} qvam ubi ex professo attingit Politicam. Ast si
nostro nunc Seculo resurgeret Aristoteles, ac qvan-
tum

tum inversa fuerit loquendi necessitas; qvo pollebat acumine, pensitaret; talem sine dubio nobis Rhetoricae præscriberet, qvæ tum Oratores Ecclesiasticos in Templo, tum Politicos in congressibus sive Aulicis sive Civilibus, tum Doctores & Studiosos in Cathedra redderet eloquentes. Eam verò absurditatem, quantum ego qvidem auguror, nunquam esset admissurus, ut qvi è Rhetorica Scholastica vix balbutire didicissent, ad Oratoriam Ecclesiasticam specie velut distinctā, qvin imo ad Oratoriam Politicam novis itidem præceptis absolutam, h. e. ab uno pistrino in alterum detruderentur. Neq; dissimulare possūm, id à me multis jam annis agitari, ut Auditores mei Rhetoricae nanciscantur, ut ita loqvar, universalem, qvæ non minus instruat homines ad Scholam natos, qvām Viros etiam informet ad Ecclesiam vel Politiam deducendos. Et fortasse Deus suam largietur gratiam, ut, qvod sparsis paginis sæpe monitum fuit, ordinem publica luce non indignum indipiscatur. Interim noverint, qvi haec tenus sub informatione mea succreverunt, primam & ultimam meam subinde exaudiri adhortationem, discerent loqui. Sic inveniunt futuri Theologi, qvod jam in Schola cum fructu exercerant: qvibus qvidem velut per transennam ostenditur, quid à Paraphrasī, quid ab Amplificatione per Consecaria sit sperandum, & quæ subsidia utrinq; veniant tum à Philologia, cum verborum vim volumus assequi, tum à Theologia, cum genuinum sensum vel judicare vel interpretari jubemur.

Neq; solum admonentur eloquentiæ Cathedralis, quam in publico templo solenniter exercere debeant Concionatores, sed cogitare simul discunt, loquendum esse, tum in Copulationum & Baptismatum Ceremoniis, tum in Confessione valentibus & ægrotantibus indulgendâ, tum præcipue in qvâlibet παρεύσει, ἐπανορθώσει, & παρακλήσει, qvam Spiritualis Pater suo debet Filio.

Eti-

Etiam Politici rogantur, velint apertis oculis Vitam inspicere civilem, qvid publicè loqvantur Viri ad Remp. progressi? qvid in solennitatibus Aulicis, quid in Conventibus reliqvorum decor & consuetudo postulet? qvibus fontibus Propositionem h. e. argumenti explicationem, qvibus Insinuationem, h. e. blanditias argumenti condimenta debeant? & qvando in duas qvasi classes hæc eloquentia separatur floridam seu Juvenilem, & seriam Viris maximè decoram, nullum deserit nostra Manuductio. Partim enim ad Historias, ad Emblemata, ad Sermonum argumentias, ad curiosos ingeniorum lusus invitantur, qvibus velut parergis oratio sæpe luxuriem acqvirit seculo non ingratam; partim è rivulis Ethicis & Politicis h. e. è solidioribus Honesti & Commodi fundamentis ea probare discunt, quæ cum applausu aliquando videntur Audientibus commendanda. Imprimis vero qvid Complimenta, politissimum Sermonis genus, apud homines efficiant, qvibusq; tum connexionibus, tum judiciis Aulicum hoc mysterium absolvatur, non theoreticè, ut ea sciant scire Præceptorem, sed practicè, ut qvantum proprii valeant humeri, singulis septimanis pateat, demonstrari & exerceri solet. Nimirum sola Novellarum lectio sese diffundit in infinitam Exemplorum copiam, si, qvoties solennitatum injicitur mentio, periculum Auditores faciant, qvid dici, quid responderi in his Conventibus debuerit? nec solum de Verborum ordine, ac perspicuo nitore, sed magis etiam de judicio & cautione h.e. de Moribus Oratoriis, nonnulla moneantur.

His addere consuevi tertium facundiæ genus, qvod nomino Scholasticum, qvia non nisi in Scholis & Academiis viget, nec temerè colitur extra Cathedram. Dum enim proponuntur qvæstiones sive suis rationibus probandæ, sive etiam in varias Opinionum partes ventilandæ, omnibus scientiis accedit eloquentia, nec facile qvis Examinatori mutum offeret

Re-

Respondentem, qvi tantas sermonum varietates re-
rumq; non contemnendam copiam effundere feriò
didicit. Spectabat ad hunc scopum Theologia no-
stra loquens, ut appellabam, cum explicaturus Hutt-
eri Compendium, nostris studiis in junctum, The-
ses Locorum præcipuas eruerem, easq; rationibus &
Consectariis illustratas Oratorio stylo convestirem.
Eò facit Politica loquens intra privatos Parietes sæpe
tum ad meditabundam, tum ad extemporalem Elo-
quentiam directa. Qvin & hu jus farinæ sunt Decla-
mationes, qvas in aperto Auditorii Majoris pegma-
te, Literarum Promotoribus & Amicis consecrare
cupiunt Juvenes morum & artium studio non po-
stremi. Dum verò his exercitiis mei detinentur id
eqvidem fateor, talium Orationum in vitâ civili levem
fore necessitatem: ast sufficit hoc Rhetorices ad-
miniculo viam sterni ad disciplinarum intimorem
notitiam, qvam multi ad silentium Pythagoricum
detrusi, vix acquirunt dimidiam, qvia, qvid acquisi-
verint, externo verborum testimonio non declarant.
Sanè si verbis & rebus probè fuerint culti, crescente
judicio, crescet etiam loquendi copia, & in omni
conversatione patebit, nugas non fuisse Scholastico-
rum exercitationes, unde lingvam habeant adeò ex-
peditam. Sed de his & aliis ad Oratorium Studium
pertinentibus tum ex professo dicetur, cum ad Typo-
graphum festinabit Oratoria mea, viginti jam anno-
rum experimentis variè tentata. Jam enim matura-
re volentem negotia plusquam qvotidiana reddunt
tardiorem: nec est, cur festinando cœcos pariam ca-
tulos. Proinde ad rem venio, cujus gratiâ publicatur
hæc præscriptio. Et postquam ad ipsum diem Bar-
tholomæo sacrum, horis pomeridianis Patronos &
Fautores Schola nostra cupit amplecti, qvâ par est
observantiâ & amicitiâ rogamus, velint Favorem sæ-
pe comprobatum, nunc etiam benevolo accessu te-
stari, sedulosq; & pios Juvenum animos, in studiorum
cur-

OK TD 218

cursu probè excitatos, sive confirmare, sive ad ulte-
riora stimulare. Constatbit in vicem officiorum &
servitiorum promptitudo, nec ingratis polliceor be-
neficii deprædicatores, si quivis Zittanam gratiam
Patriæ suæ commendaverit. Quod reliquum est, ne
omitti nunc videatur devotio, tum Ecclesiasticis tum
Scholaisticis & domesticis congregationibus injun-
cta; Clausulam imponet Cantilena publicum Eccle-
siæ Statum, & præcipuè Potentissimi Nostri ELE-
CTORIS præsentem fortunam devotè complexa.

1.
Gott wende dich von deinem Grimme/
Zu Trost der lieben Christenheit/
Die nochmals mit betrübter Stimme/
Nach deiner Gnaden-Hülfe schreyt
Dieweil des Türkens Macht und List
Nach Christen - Blute durstig ist.

5.
Denselben schändet dieser Sünder
In seiner schnöden Sicherheit/
Drum schleppet er die armen Kinder
Recht in des Satans Dienstbarkeit/
Da man das Lügen-Reich vermehrt/
Und Gotvergehnre Greuel hört.

2.
Gedenke Herr an deinen Nahmen;
Wir nennen uns auf deinen Sohn:
Nun troget der verfluchte Samen/
Der blebt sich auf und spricht uns
Hohn/
Als hätten wir die Zuversicht
Auf einen schwachen Gott gericht.

6.
Nun mach es Herr nach deinen Will'e/
Gieb nur/ was gut und selig ist/
Du kanst ja Wind und Wäher stillen/
Weil du ein Herr des Wetters bist.
Sprich nur ein Wort durch deinen
Sohn
So tragen wir den Sieg davon.

3.
Erschrecke den verdamten Hauffen
Durch einen Blitz und Donnerschlag
Damit er in sein Land entlauffen
Und seinen Spott bescuffzen mag/
Du bist ein Gott von Rath und That
Der nirgend seines gleichen hat.


7.
Ach lasz dir unsern Zug gesallen/
Der wieder solche Feinde geht/
Und lasz die frohe Post erschallen/
Dass man im besten Vortheil steht/
Denn wer sich bloß auf dich verlässt/
Der hat das erste Jubel-Fest.

4.
Wiewol wir haben hōse Sache;
Wer müs die Sünde nicht gestehn?
Allein der Feind sucht keine Rache/
Dass wir auf solchen Wegen gehn/
Vielmehr entbrennt der Eyfer-Geist/
Das Jesus unser Heyland heist.

8.
Indessen steh mit deinen Kräften
Dem Landes-Vater gnädig bey/
Dass er in allen Kriegs-Geschäften
Ein Zeuge deiner Allmacht sey.
Ach lieb Ihn also/ wie Er liebt/
Gieb Ihm/ was er dem Volke giebt.

9.
Also wird Ruhm und Preis erklingen/
So weit man deinen Nahmen hört:
Man wird den schönen Sieg besingen/
Der Gottes Feinde mächtig stört.
Gott ist mit uns / so heißt das Wort/
Das jagt den Satan selber fort.

P. P. Zittavia e Gymnasio d. 23. Aug. M D C L X X X I I I .



VDP

MC



Scire ta
Si
Undiq;
At
Et quia
Inv
Zittani
At
Omne b
Sir



PATRONOS

MA.

Innendat Patria Natos,
ostro fructificare solo;
et exclamare labores,
rio teste probatur opus.
quæ commoda Zittam,
lita domum?
ent undiq; grates,
peregrina dabit.
tit jungere nexum,
u vestra novos.
piente Magistro:
a propago caret.
municat Orbi:
publica ut esse qveanr.